



Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Evangelica Contra Horvm Temporvm Hæreses

In Qvibvs Quatuor Euangeliorum illi textus explicantur, quibus vel hæretici
hodie (maximè Caluinus & Beza) ad sua dogmata propugnanda vti solent,
vel ad hæreticorum dogmata impugnanda Catholici vti possunt

Stapleton, Thomas

Lvgdvni, 1595

26. Non exies inde, donec soluas nouissimum quadrantem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39463

*de diligendo inimicos: tum deum quædam veteris legis mā-
data ipse alio quodam modo mandat & iubet: quale illud est.
Ioan. 14. Mandatum nouum do vobis, ut diligatis inuicem. sicuti eo loco
Ioan. 15. explicabitur. Et iterum. Hoc est præceptum meum, ut diligatis
inuicem. Et rursus sua mandata tantopere vrget, ut dicat:
Ioan. 16. Vos amici mei eritis, si feceritis quæ ego præcipio vobis. Si præ-
cepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea. Postremò
Matth. 28. Apostolicæ legationis hæc summa erat: Docete omnes gentes,
docentes eos seruare omnia quæcumque mandaui vobis. Quare
S. I. S. can. hanc insanam Caluini arrogantiam negantis contra veterum
21. hoc loco doctrinam Christum esse legislatorem, Concilium
Tridentinum iusto anathemate percussit. Alias probationes
vide apud Andream Vegam de iustificat. lib. II. cap. 7.*

23. *Si offeris munus tuum ad altare.*

Dicit hoc loco Caluinus, Christum pro illius seculiratione
de sacrificiis loqui, hodie dissimilem esse nostram condicio-
nem. Sed ut Christi doctrina eadem ac perpetua omnibus se-
culis sit, nec ad illud solum tempus restringatur quo Iudeorum
sacrificia ad Dei cultum pertinebant, (quo nihil magis
absurdum) necessariò fatendum est non solum in quolibet
prio opere ad Dei cultum destinato hanc legem valere (qui
Sacrificium tantum tropologicus est huius loci sensus) sed Christum ad
in Ecclesia literam de futuro in Ecclesia sua sacrificio extero (quod hæ-
externum. retici hodie agnoscere nolūt) hanc legem tulisse. Nam & nos
Hebr. 13. habemus altare, de quo edere non possunt, qui deseruunt taber-
naculo, ait Paulus: de quo etiam sacrificio dicit: Probet seipsum
omnis homo, & sic de pane illo edat, &c. Summa autem proba-
tionis pars est, ut omnis cum fratre simulas penitus aboleat-
tur: quod hic imprimis Christum spectasse veteres interpre-
tes annotarunt. Chrysost. homil. 16. vbi ait. Audiant hi quis a-
ceris mysteriis iniciati cum inimicitiis ad communionem altaris
accedunt. Rursum homil. II. operis imperfecti. Hilarius in
Marth. Can. 5. & Augustinus lib. I. cap. 20. de hoc serm. Do-
mini in monte.

26. *Non exies inde, donec solvas nouissimum
quadrantem.*

Catholico-
rum accu-
satio' im-
merita.

Debacchatur hoc loco prolixè Caluinus contra Catho-
licos modernos, qui in perpetua huius loci allegoria pur-
gatorium

gatorium fabricant, quod ut inueniant. Diabolo fratres & amicos illos esse oportere ait, quia aduersarium hoc loco Diabolum exponunt. Sed captiosus haereticus aduertere debuit primū paucissimi nos hodie esse qui hunc locum eo modo exponant. Deinde eos qui ad purgatorium ea verba accommodant, aduersarium hoc loco non pro diabolo accipere, sed pro spiritu qui concupiscit aduersus carnem, vel pro Dei præcepto quod peccatoribus aduersatur, de quo vide August. de serm. Domini in monte lib. 1. cap. 22. Tertio hanc expositionem à veteribus accepisse, à Tertulliano in lib. de resurrectione carnis, & in fine libri de anima, & à Cypriano lib. 4. Epist 2. Po- Scriptura
per accom-
modationē
à Patribut
explicata stremō & imprimis veteres fratres hunc locum ad purgatorio- rum accommodasse, non quod in eo vel solo vel potissimum purgatorium fabricant aut fundant, sed quod ad dogma fidei receptissimum comprobandum hanc Scripturam adfer- rent, tametsi vel obscurior esset quam ut sola certam fidem faceret, vel etiam alium sensum verum habere poterat, sicut multas alias Scripturas in hoc ipso dogmate aliisque certæ fidei dogmatibus Patres adferre solent. Huiusmodi sunt, Serm. 26.
in Psalm.
118. quod Ambrosius versatilem romphæam flammeam ante Pa- radisum posuit, scribit significasse ignem futuri seculi omnes examinantem, & eos exurentem qui paleam cum tritico adiunctam deferunt: item quod August ex illis verbis Psal. 37. Enarrat. In Neque in ira tua emendes me, sic enim legit pro eo quod nos legimus, corripias me) ait Davidem deprecari pœnas emenda- in lib. de
Spiritu S.
cap. 13. torias futuri seculi. Item quod Basilius illa verba Ioannis, Ille baptizabit vos in Spiritu S. & igne, interpretatur de igne in altero seculo purgante. Vel denique quod Origenes verba Psal. Homil. 25. 76. Transiimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refri- super N.
gerium, ad futuri seculi examen referat, & eorum, qui purga-
tione indigent, purificationem. Ex huiusmodi veterum inter-
pretationibus, tametsi Scripturæ alium sensum primarium ac
verum habeant, illud tamen constat, doctrinam de purgato-
rio fidei dogma receptissimum apud illos veteres fuisse, ideoq; Controver.
Scripturas perperam non exponi, tametsi minus accommo- tom. I.
datè, quando ad certum aliquid fidei dogma applicantur. Cont. 1.
Attamen quomodo & quatenus hic locus de purgatorio ex- libr. 2. de
poni possit, vide apud Belarminum. purgatorio
cap. 4.

28. Qui viderit mulierem ad concupiscendum in ea, iam mœchatus est in corde suo.

Catholicam doctrinā de venialibus peccatis, quæ ab im-
perfectione actus ita vocantur, seu de prauis desideriis